



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

§. Primus. Summarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)



PRIMA PARS.

SCHOLIA.

IN CONSTITUTIONEM CONCILII

Lateranens. Exemptiones à Iurisdictione
Ordinarii moderantem.

§. PRIMVS.

SUMMARIUM.

1. **C**ura & sollicitudo pastoralis.
2. Baculus pastoralis quid designet.
3. Pontifex cur baculum pastorem non gesserit.
4. Pontifex praesidet universitati Ecclesie.
5. D. Bernardi encomium de summo Pontifice.
6. Energia dictionis iuxta.
7. Pastorale munus describitur.
8. Pontifex prosperitati Ecclesie advigilat.
9. Libertas Ecclesiastica qua dicitur & in quibus consistat.
10. Statuta & consuetudines contra Ecclesie libertatem non valent.
11. Qui à censura violationis Ecclesiasticae eximantur.
12. Scandali significatio.
13. Duplex scandalum.
14. Scandali multa specialia.
15. Pontificum prima sollicitudo est pax & quies Ecclesie.
16. D. Constantinus Imperator pacis amator.
17. Pontifices dissidia conciliant.
18. Dissidia etiam privata & lites damnosa.
19. Analogia inter bella & lites.
20. Origo

A

- In Constit. Concil. Later. Exempti. à Jurisd. Ordin. moderant.*
- | | |
|--|---|
| 20. Origo frequens bellorum & huius causa. | 32. Mala quae ab Exemptionibus oriuntur. |
| 21. Experientia rerum magistra. | 33. Causa Exemptionum. |
| 22. In rescriptis nihil debet abundare. | 34. Utilitas Exemptionum. |
| 23. Indulgentiarum & privilegiorum differentia. | 35. Malitia non est indulgendum. |
| 24. Exemptiones disciplina Ecclesiastica praesudiciales. | 36. Exempti suis privilegiis saepe abutuntur. |
| 25. Significatio S. Sedis. | 37. Lex } Jurisdictionis. - }
} Diocesana. } |
| 26. Sedis Apostolicae significatione quid veniat. | 38. Obedientia in quo versetur. |
| 27. Quid nomine sedis. | 39. Exempti debent Episcopo Reverentiam, sed non honorificentiam. |
| 28. Qui dicantur habere Sedem. | 40. Potestas Episcopalis tripartita. |
| 29. Moderari quid sit. | 41. Ab obedientia pendet nervus Ecclesiasticae disciplinae. |
| 30. Ratio huius constitutionis. | 42. Exemptionum mala. |
| 31. Exemptiones adversantur disciplinae Ecclesiasticae. | 43. Causa finalis Exemptionum. |

(1) **R**EGIMINI (2) universalis Ecclesiae (3) (disponente Domino) praesidentes, (4) juxta (5) pastoralis officii debitum, (6) libenter intendimus utilitati subditorum, (7) & ad conservandam libertatem Ecclesiasticam (8) & removenda scandala, (9) ponendam concordiam & nutriendam quietem, (10) inter Ecclesiarum Praelatos & eorum subditos (11) eo propentius Apostolicae sollicitudinis studium adhibemus, (12) quo dissensionem talium fore dispendiosam, (13) experimento comprobatur, (14) nec non indulta pariter & privilegia, (15) eisdem subditis in ipsorum Praelatorum dispendium, (16) tam per praedecessores nostros, (17) quam Sedem Apostolicam concessa (18) ita libenter moderavimus, ne exinde scandala procedant, (19) neve ulli ex his detur materia malignandi, (20) & personae Ecclesiasticae à bono obedientiae, (21) nec non divini perseverantia servitii nullatenus retrahatur.

SCHOLIUM.

SCHOLIUM.

(1) **R**ESIMINI. Summus Pontifex sanctiones suas exordiri con-
 suevit à Cura & sollicitudine Pastoralis officii, uti videre est ex
 proemio sexti & Clementinarum variarumque extravagantium
 tam communium quam Joannis 22. Cum enim (inquit Bonifa-
 cius in proemio sexti) Sacrosanctæ Ecclesiæ præsideamus, curis
 sollicitamur continuis & assiduâ meditatione urgemur, ut juxta
 credite nobis dispensationis officium, subditorum commodis in quorum prosperi-
 tate utique prosperamur, jugi sollicitudinis studio intendamus, amplectimur quippe
 voluntarios pro ipsorum quiete labores, & noctes quandoque transimus infom-
 nes. Et alibi Joannes 22. in Clem. super gentes de consuetudine. Super gentes &
 Regna Romanus Pontifex à Domino constitutus circa gregem sibi creditam curam
 Pastoralis sollicitudinis exercet, errata corrigit, aspera in plana convertit, & com-
 munitate sibi populo salutis incrementa ministrat.

Disquiri posset hoc in loco, qualem & quantam habeat summus Pontifex admi-
 nistrationem seu potestatem in temporalibus rebus totius orbis, non modò ratione
 peccati danata, uti voluit Navarrus in cap. Novit. de judicis, sed etiam directè &
 principaliter quod multis rationibus auctoritatibusque pertractat Jacobus Antho-
 ninus Marra Jurisconsultus Neapolitanus tractatu de Jurisdic. inter Ecclesiast. & Se-
 cularem exercendo par. 1. cap. 25. & 26. & admodum eleganter Boetius Epo. tract.
 Heroic. & Ecclesiast. quest. Navarrus cap. Novit. de judicis. Illust. Cardin. Bellarmi-
 nus tract. de Potest. in Princip. Sed hæc velut ab instituto nostro remotiora omit-
 tam. Illud tantum obiter indigitandum, curam sollicitudinemque Pontificalem
 Pastoralis baculo denotari, qui cum acutus sit in imo, rectus in medio, recurvus
 in summo, significat in Pontificis officio esse ut pungat pigros, regat debiles,
 colligat vagos, quod antiquo versu explicavit Innocentius Tertius lib. 1. de Officio &
 Missæ cap. 50.

In baculi forma præsul datur hæc tibi forma.

Atrahere per primum, medio regere, punge per imum.

Collige, sustenta stimula, vaga Morbida lenta.

Cur autem Romanus Pontifex Pastoralis virga non utatur, refert idem
 Innocentius, ideo esse, quod B. Petrus Apostolus baculum suum misit Eucha-
 rio primo Treverensium Episcopo, quem una cum Valerio & Materno ad præ-
 dicandum Evangelium Theutonicæ genti destinavit. Cui successit in Episco-
 patu Maternus, qui per Baculum Petri de morte fuit suscitatus, quem baculum
 cum magna usque nunc veneratione Treverensis servat Ecclesiæ, ita Innocent.
 Tertius

4 Tertius in opusculo suo de Officio Misse, quod abhinc annis propè quadringentis non sine bono publico edidit. Aut melius dic cum D. Thoma 4. dist. 14. Pontificem non uti baculo, quia non habet coarctatam potestatem, cuius ratio baculi delinat; qua de re etiam Hieron. Sanctus de different. utriusque iuris, diffir. 24. num. 34.

(2) *Universalis Ecclesie.* Quid ni enim toti orbi præsideat is, qui Princeps est Episcoporum, hæres Apostolorum, primatu Abel, Gubernaculo Noë, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moyses, Judicatu Samuel, Potestate Petrus, Unctione Christus? D. Bernardus de considerat. ad Eugenium. Et quidem regimen hoc, pontificiamque potestatem agnoscens Ludovicus XI. Francie Rex, hac animi submissione scripsisse reperitur Pio II. Beatissimo Patri nostro Pio Papæ II. Obedientiam filialem Te Vicarium DEI viventis & veneratione prosequimur, ut sacra præsertim in Ecclesiasticis rebus tua monita veluti voce pastoris audite illisque parere promptâ mente velimus, Te Principem totius Ecclesie, Antiquitatem Sacrorum, Te Domini gregis Pastorem profiteamur, teque iubentem sequimur. Itaque sicut mandati, pragmaticam sanctionem tuæ sedi infensam à regno nostro pellimus, deicimus, penitusque abrogamus. Datum Turonis 27. Novemb. Anno 1461. Regni nostri primo.

(3) *Dissonante Domino Præsidentes,* qui omnia regit in numero, pondere & mensura inquit Sapiens, vel ut inquit glo. in Extravag. Joannis 22. incip. ad omnes verb. Superna dispositione. hoc dicit, quia non debet sibi quisquam honorem assumere, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron. 8. quæst. 1. in Scripturis extr. de elect. cap. quæst. post obitum. C. de Episc. & Cler. l. si quæquam, potissime autem in tantum honorem fastigio, cum universitas fidelium ex illius incolumitate animadvertat se pendere propensius, 50. dist. cap. 11. Papa juxta illud: integritas præsentium, salus est subditorum, 62. dist. cap. miramur in corpore, audent. ut iudicantes sive quoque suffragio cogitatio col. 2.

(4) *Juxta,* dictio hæc ponitur assertive cap. Abbate de verb. sig. & continuative h. fistulam 8. iuxta ff. de Servitut. urb. præd. Albertus de Pergama tract. de præpositionib. num. 28.

(5) *Pastoralis Officii debitum.* Pastoralis munus sibi commissum describit Clem. V. Extravag. ex superna. De præbend. & dignit. in hæc verba. Ex sup. mæ providentia Majestatis, cujus universa dispositione reguntur: ad Apostolicæ præ eminentiam dignitatis licet, (insufficientibus meritis) evocati, gregem Domini nostræ vigilantie creditum undique contemplamur: illamque salubri studemus Pastoris more vigili (quarum nobis ex alto permittitur) observantia custodire, ut de illo possimus ad ipsius laudem, cujus exercemus vires in terris, dignam,

dignam, in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligens cura sollicitat, continua pulsat instantia, & cutiosior sollicitudo perurget, ut circa statum fide-
lium salubriter dirigendum sic efficacibus studiis & promptis operibus intenda-
mus, quod per nostræ cooperatiōis ministerium erga sanctam matrem Eccle-
siam, devotio filiorum concreseat, ipsorum cessent gravamina, & tranquillita-
tis ei proveniat incrementum, quod tunc recte agere credimus, cum molestis
eventibus viam præcludimus, indirecta dirigimus, subtrahamus noxia & salubria
procuramus.

(6) *Libenter intendimus utilitati subditorum.* Ecclesie Catholice ejusque fi-
delium dispendia dissimulare non solet pontifex, sed postquam ei cognita sunt, ad-
versus ea opportunis remediis occurrit. *Jo. 2.2. in Extravag. Ecclesia Romana de majori-
ritate. Et obedient.* neque tantum dispendia propellit sed & utilitati fidelium invigi-
lat, eorumque prosperitate se quoque prosperari testatur *in proemio sexti §. sacro-
sanctæ.*

(7) *Est ad conservandam libertatem Ecclesiarum.* Libertatem Ecclesiasticam
quam hæretici ex professo impugnant, & Catholici eam victando censuras ponti-
ficias sæpè incurrunt, diffinitur esse jus inhærens generatim Ecclesiis Ecclesiasti-
cisue personis utendi privilegiis ipsis à Deo vel homine concessis, tam quo ad se
quàm quo ad res suas. Dixi jus inhærens generatim Ecclesiis. Quia libertas
hæc opinione nonnullorum consistit in iis privilegiis & juribus, quæ generaliter
toti Ecclesie omnibus Ecclesiasticis personis competunt, *Cajetanus in Summa
verb. excommunicatio cap. 31. Navarr. in Manuali cap. 27. num. 119. Jac. de Grassi libr. 4.
de scilicet in consuetudine in expositione bullæ cor. a Domini, num. 120. Innocent. cap. noverit
de sent. excom. Bartholom. Ugo. de censuris Pontificis reservatis par. 2. vers. nec non qui
statutum. 6. fol. 277.* quam proinde juxta eos non incurrunt qui jura particularis
Ecclesie violant, *Innocent. Abb. Et Doctores cap. noverint de sent. excom.* De quo
plenius infra.

Subjedi Ecclesie Ecclesiasticis personis. Quia libertate hac Ecclesiastica, solum
gaudent Ecclesie, locaque pia & personæ Ecclesiasticæ ac ab iis dependentes. Deni-
que annexi utendi privilegiis ipsis à Deo vel ab homine concessis, ob diversitatem
privilegiorum quæ ipsis partim divinitus, partim humanitus per Pontifices vel Impe-
ratores concessa sunt.

Porrò libertatem hanc contingit violari multis modis, quos strictim partim ex
Joanne Lupi Jurisconsulto Segobienſi *Tract. de libertate Ecclesiast. par. 2. quest. 10.*
partim ex aliis perstringo. *Barthol. Ugo. de Censuris Eccles. reservatis Gregor. Sagr. in
Theſauro Theolog. Moral. Navarr. in Manuali cap. 27.*

I. Per extrahonem personarum ad loca sacra legitime confugientium *c. inter
alia de immunit. Eccles.* qua de re extat Gregoriana constitutio, quam recensui alio
in

- In Constit. Concil. Later. Exemp. à Jurisd. Ordin. moderant.
- in loco, Ab. 4. de Jurisd. Ord. in Exemp. quæst. 65. eamque prolixè enucleat Profer
Farioaceus, apud quem vide, quando ceteri debeat extracta legitima.
- II. Per exercitium actuum forensium factis in locis. cap. 1. cap. cum Ecclesia de im-
munit. Eccles. cap. decet. §. cesset eod. in 6.
- III. Compellendo Clericos ad tutelam Laicorum. cap. generaliter 16. quæst. 1.
- IV. Cum Laici cognoscere volunt de causis Clericorum. cap. nullus d. c. Sacerdotibus.
Sacerdotibus 11. quæst. 2.
- V. Vocando in jus Clericos coram iudicibus Laicis. d. cap. nullus d. c. Sacerdotibus.
VI. Vi aut metu absolutiones à censuris extorquendo. cap. unico quod met. caus.
in 6.
- VII. Per subtractionem direptionemque bonorum Ecclesiasticorum. cap. qui
Christi. cap. nulli can. quicumque 12. quæst. 2. cap. conquestus de foro compet.
- VIII. Per occupationem bonorum Clericorum. cap. similiter, c. quia iuxta 16. q. 1.
IX. Revocando donationes Ecclesie factas. cap. sunt qui apes, cap. sacrilegium 17.
num. 4.
- X. Per incendia & rupturas Ecclesiarum. c. Canonici 11. quæst. 4. cap. conquestus
de sent. excom.
- XI. Cogendo Clericos absque superiorum venia, ut ad curiam suam veniant. c. si
quis Episcopus 23. quæst. 3.
- XII. Nuendo privilegia Rom. Ecclesie violare c. omnes dist. 22.
- XIII. Per injectionem manus Laicæ in personam Clericalem. c. si quis suadent
17. quæst. 4. qua de re latè Navar. in manuali cap. 27. & Covarruvias in cap. alma ma-
ior de sent. excom. in 6.
- XIV. Per directam aut indirectam viam qua Clerici arcentur à conversatione
Sæcularium, aut ab iis quæ necessaria illis sunt. privantur. c. si. de immunit. Eccl. in 6.
- XV. Indicendo Ecclesiasticis personis collectas tallas vel alia pedagia. cap. non mi-
nus. cap. adversus de immunit. Eccles. cap. 1. eod. in 6. cap. quanquam de cens. in 6. Lupi de
liberi. Eccles. par. 1. quæst. 1. §. seqq.
- XVI. Impediendo ne literæ Apostolicæ in eorum territorio sine eorum licen-
tia publicentur aut executioni demandentur, cap. quoniam de immunit. Eccles.
in 6.
- XVII. Impediendo decimarum solutionem, vel etiam eas occupando. can. de
emas 16. quæst. 7.
- XVIII. Directè vel indirectè compellendo Ecclesiasticos ut sua beneficia re-
signent. Clem. multorum de penis.
- XIX. Electiones Ecclesiasticas turbando, aut illarum libertatem quandoquæ
inquietando directè vel indirectè, ideo injuriam Laico inferendo, cap. sciatis cum tibi
ubi gloss. de elect. in 6.

XX. Laici qui beneficia Ecclesiastica conferre præsumunt, cap. si quis deinceps cap. quoniam 17. quasi. 7.

XXI. Multis in casibus relatis in bulla Cœnz Domini, qua de re videri poterunt quotquot hanc bullam commentariis suis enuclearunt, Sayrus Navar. ubi supra. Tilius in summa. Ugo. d. loco.

XXII. Condendo statuta quibus non modo impeditur aut retardatur executio litterarum Apostolicarum, dandoque ad hoc consilium directè vel indirectè. Petrus Marhu in 6. decretalium Tu. de rescriptis cap. 2. ubi describitur bulla Leonis X. edita anno. 1518. Sed et si aliquo respectu tendant in præjudicium libertatis Ecclesiasticæ, cap. noverint, cap. grave de sent. excom. late Jacob Anton. Mariba de jurisd. inter Ecclesiasticæ & Seculare exercenda par. 4. casu 1. & seqq. Nav. in Manu. c. 27. num. 119. ubi vide qualiter quis excusari possit, late etiam Gregor. Sayr. in Thesuro Theolog. Moralium tom. 1. lib. 3. cap. 19. num. 2. & 9. Barthol. Ugo. de censuris Pontifici reservatis vers. nec non fol. 377. & seqq. ut puta, si Clerici timidiore alunde reddi possint, Laici vero audaciores, Rochus de Curt. de consuetudine num. 455. late Barth. Anib. Cassu de sacros. Eccles. ejusmodi enim consuetudines & statuta ipso jure non subsistunt, conditorumque & alii libertatis Ecclesiasticæ temeratores in censuram excommunicacionis Pontifici reservatam incurrunt, Navar. Ugo. & DD. jam citati, Rochus de consuet. num. 333. Everard. cons. 158. in fine.

Quod ampliatur, etiam si violatores libertatis hujus essent Ecclesiastici qualicumque præfulgentes dignitate. Nam & ipso jure plus impingunt, quo magis Ecclesiam quam fovere deberent, violant, arg. cap. fin. de post. Marian. Soc. cap. noverint de sent. excom. num. 7. Ugo. d. loco §. 3. fol. 382.

Ampliatur 2. etiam si Ecclesiasticæ personæ adversus quarum libertatem aliquid committitur, excommunicatæ essent, Barth. Ugo. de censuris cap. 13. §. 15. num. 7. cum seqq. tabul. 1. quod & in Exemptionibus ostendi alio in meo tractatu.

Ampliatur 3. ut excommunicentur etiam notarii & alii quicumque auxilium vel favorem præstantes, cap. noverit. de sent. excom.

Ampliatur 4. ut etiam excommunicentur iudices qui secundum ea judicaverint, d. cap. noverint.

Ampliatur 5. Ut etiam ii omnes comprehendantur, qui statutis talibus utantur, d. cap. noverit. Ugo. de Censuris par. 2. vers. nec non §. 5. fol. 389. col. 2.

Ab hac porro regula violationis Ecclesiasticæ libertatis eximo in primis Pontificem Roman. is enim exlex est, suaque constitutione ligari non potest, Ugo. d. loco de censuris Pontifici reservatis part. 2. vers. nec non §. 4. fol. 385. Soc. d. cap. noverint. num. 7. Abb. cap. Unversitatis in fin. de sent. excom.

Eximo 2. eos omnes, qui accedente licentia & consensu summi Pontificis quid committunt, quod libertati Ecclesiasticæ repugnat. Dubium enim non est, quin

Pou

Pontifex legem quam tulit relaxare, ac ab ejus pœna possit alios eximere, *Ugolus. d. loco fol. 386. col. 1.*

Unde pallulat quæstio, num Pontifex eximere possit quempiam à pœna iniucientis manus violentas in Clericum, Quam ne cancellos noitros egrediar, prætereo, videri poterit distinctio Abbatis, Holtiensis, Socini cap. *pervenit in m. 395. de sent. ex. com. Ugolus. d. loco fol. 386. col. 1.*

Eximo 3. statuentes quamdiu statutum non est promulgatum. Tum quod arte promulgationem non ligat, §. *in istis §. leges instituuntur dist. 4.* Tum quod bullæ in violatores Ecclesiasticæ libertatis insit clausula *FE CERINT ORDINAVERINT ET PUBLICAVERINT.* Copula enim & requirit concursum copulatorum, *d. si heredi plures ff. de cond. instit. estque in pœnis benigna interpretatio faciendâ, cap. odia cap. in pœnis de Reg. jur. in 6. §. 1. interpretatone ff. eod. ideoque qui quid in libertatem hinc facere cœperunt, sed non perfecerunt, in censuram incidisse dici non debent, qui verbum illud fecerint, rem perfectam designat, l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. §. 1. cap. *noverint. num. 4. vers. item adde.**

Eximo 4. ignorantia probabili aliquid contra hanc libertatem committentes, cap. *fin. de const. in 6. cap. Apostolica de Cler. excom. ministr. Mar. d. cap. noverit num. 16. Jacob. de Grassis. l. 4. Decisionum casuum consertent. in exposit. bulla Cœna Domini n. 122. Quælis autem censeri debeat talis ignorantia, & qualiter differat à crassa, lupina & affectata, distincte docet Gregor, Sayr. in *Theaur. Theol. Moralis som. 1.**

Eximo 5. universitatis statuta facientes. Non enim possunt universitates excommunicationis censuram incurere, cap. *Romana §. universitatem de sent. excom. mun. in 6.*

Eximo 6. eos actus, qui per se & sua natura Ecclesiasticæ libertati non repugnant, sed per accidens, Cajetanus in *Summa verb. excomm. cap. 31. vers. sexto nota, Navarr. d. cap. 27. num. 120. vers. nota, Abb. cap. fin. in fin. de Reb. Eccles. non alien. Jacob. à Grassis d. loco num. 121. Ugolus. ubi supr. fol. 388. col. 1.*

Quid autem de statutis, quæ simul contra consanguineos Clericorum & quæ non principaliter sed secundario adversantur, vide fule Rochum de *Curte de Consuet. numer. 456. §. 459. Barthol. & DD. Aubert. cassa C. de Episcop. & Clericis.* Item de statuto, ne collega vocet collegam in jus coram iudice Ecclesiastico, quod non sit contra libertatem Ecclesiasticam respondit Navarr. *conf. 6. de immunit. Eccles.*

Denique nonnulli eximunt à specie hujus excommunicationis eos, qui aliquid committunt adversus privilegia alicujus particularis Ecclesiæ, *DD. in principio hujus Scholæ citati,* quamvis tamen non eximant ab alia excommunicationis specie, quam si incurrunt, qui Sanctæ Sedis ac quaruncumque Ecclesiarum particularium jura quomodolibet directè vel indirectè expresse vel tacite violant, *Caje.*

Cajetan. d. cap. 31. Navarr. in d. cap. 27. numer. 119. Ugolin. d. n. 6. DD. in principio citati. Imo opinio aliorum non paucorum Doctorum classicorum, ne quidem ab excommunicatione principaliter lata in temerarios Ecclesiasticæ libertatis, Card. Florent. ca. 2. propendimus de sent. excom. fo. Andr. c. fin. col. fin. de immunit. Eccles. in b. Rochus de Cur. e de consuet. num. 457. Felin. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ de constit. Injuria enim ubi Ecclesie facta omnibus aliis Ecclesiis illata censetur, cap. 2. de reb. Eccles. non alien. ubi Abb. cap. 2. de foro compet. & hanc opinionem defendit plenissimè Baptista de S. Severino. Lammæi populi col. 13. ff. de iustitia & iure. Itaque si una Ecclesia jus habeat v. g. deciman- di in alia Parochia, præscriptione vel consuetudine acquisitum, non poterit isti Ecclesie invicæ tale jus citra violentiam libertatis Ecclesiasticæ auferri, Moneta de decim. 6. cap. 8. quæst. 1. num. 16. & seqq. Ugolin. de censuris Pontifici reservatis part. 2. vers. nec non §. 6. col. 2. vers. quare si una Ecclesia. Ut nec jura privilegiarum exemptionum posse citra censuratum incursum violari alio in loco ostendi. Quod & de violatoribus privilegiorum exemptionumque Ordinis S. Augustini constituit Cælesti- nus Papi anno 1294. 4. Kal. Decembris & Leo X. anno 1514. uti compertum est ex priv. legis eisdem ordinis pridem typis editis. Postremo eximuntur à censura hac ii, qui sine dolo & contemptu contraveniunt, uti alio loco scripsi, De Jurisd. ord. in Excep. l. 4. qu. 75. Signanter quo ad forum interius, non vero exterius. Eo ipso enim est contemptus ex quo iurisd. & libertas Ecclesie violatur, ut proinde à tali censura tutius sit abolitionem postulare, Card. Sabar. Clem. 1. in princip. quæst. 39. num. 2. in fin. de privilegiis. Signanter potè si ignorantia non sit invincibilis sed supina & crassa, qua de relate Greg. S. yrus libr. 1. cap. 18. numer. 1. Navarr. in manual. cap. 27. numer. 16.

(8) Et removenda scandala. Scandalum vox est græca, frequens apud Ca- nonistas offensionem seu offendiculum significans, à ruina dictum, quod occasio sit cadenti si quid obiter eunti, Fel. c. nihil num. 2. sub finem de prescrip. 12

Duplex dicitur scandalum, pusillorum & Pharisæorum: illud vitandum est, hoc neutiquam, Navarr. cons. 9. n. 11. de iis qua vi metusque. Porro scandali evitandi causa multa sunt speciali jure introducta teste Felino c. nihil num. 2. de prescrip. qui refert 33. specialia & Andrea de Barbatra tractat. de Origine & præstantia Cardina- tum. prima quæst. part. prima num. 17. & 38. qui etiam eadem in materia quam- plurima conglomeras quæ brevitas gratia prætereo. Est autem adeo scandalis obvian- dum, ut ne quidem Pontifex suas suorumve leges revocet, si inde scandali occasio oriri possit, uti latè respondit Navarrus Cons. 2. in fin. Qui fin. sine leg. Generaliterque quod ratione scandali liceat aut non liceat, dilucidè ceterdit Ab- bas cap. nisi num. 12. & 13. cum Apost. de renuntiat. Aures novitia Angelus Sylvester & alii casuisti. Denique peccata eorum qui aliis exemplo præluere debent, alios ad similia committendum invitant, cap. magna post pr. de voto Joan. de Anania, cap. 14.

cap. significavit nume 4. de adulteris. De qua materia paulò plenius infra tractabimus Schold 41.

15 (9) *Ponendam concordiam & nutriendam quietem.* Summos Pontifices semper studuisse paci & quieti fidelium, testatur reliquit de se Sixtus quartus *extravag. ad universales de treuga & pace.* Ad universalis Ecclesie regimen divina disponente Clementia vocati, inter alia pro commissorum populorum votiva dilectione nil occurrit præstantius, quàm exorta inter personas Ecclesiasticas principis tenebrarum astutia, discordiarum fomenta, pro nostræ sollicitudinis occursum protinus extinguere, ut cuiusvis altercationis salubriter evulsis seminibus pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos divina nobis adfistente gratia impo-

Itaque Leo decimus in sua hac constitutione unice satagit & studet paci & tranquillitati subditorum, ut ipse Deus colatur ac veneretur ab omnibus in unione quiete & pace, *tex. cap. 1. de treuga & pace.* Scimus enim & ex evidentia facti colligimus inquit Bonifacius octavus, *extravag. super Cathedram. §. scimus de sepulchris.* quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auror, nec ignoramus quod dissensiones & scandala pravus actibus aditum præparant, rancores & odia suscitant, illicitis moribus ausum præbent. Proinde in Concilio Cartaginensi mandatum est Episcopis, ut discordantes Clericos vel ratione vel potestate ad concordiam revertent, Refractoriosque & inobedientes anathematissent, *tex. c. discordantes dist. 90.*

16 Quàm autem D. Constantinus Imperator fuerit pacis & concordie studiosus, satis ostendit ejus ad Patres Concilii Niceni Oratio relata à Nicephoro *Eccles. hist. lib. 3. cap. 16.* in hæc verba, Perverim vos omnes eadem cogitantes & animorum contentu in eadem sententia consistentes videre: rebus enim malisque adeo quæ quis eloqui possit omnibus longè deterius mihi esse duco quod Ecclesiam Dei seditionibus inter se dissidentem & contrariis hostiliter sententiis conflantem cerno. Quandoquidem autem (quod sanè factum nollem) quæ à me relata sunt, omnibus jam innocuere; quo dolore animum meum perculsum esse putabitis, quum involutus seditionibus esse vos audirem, quod minimè omnium à vobis factum oportuit, qui Dei ministri & pacis præcones designati estis. Quis jam aliis quieta Consilia sequi persuadebit, quando vos tam hostiliter arma sumitis & inter vos depugnatis? Non enim vesanus fuit sanctus ille Imperator in intestinis Ecclesiarum dissidiis hostes Evangelii delectari vitiumque incrementa assumere, uti bene advertit Nicephorus *cap. 16. §. lib. 7. cap. 43.*

17 (10) *Inter Ecclesiarum Prælatos & eorum subditos.* Proinde Leo decimus hac sua constitutione controversias & dissensiones à pacis amulo favore Zizanias d. *extravag. super Cathedram. §. olim de sepulchris.* suscitatas extinguere satagit præcisive radicibus dissidiorum veptibus, & litigiorum anfractibus omnino subductis vult ut

inter Prælatos subditosque pacis tranquillitas vigeat, fervor charitatis exstuet, invalefcit concordie virtus, animorumque identitas perseveret, d. extra supra Carthe-
drum in pr. Taliq. concordia gaudet altissimus & gloriatur in membris suis, inquit
Avicinus Papa cap. Archiepiscopus 9. qu. 3.

(11) *Eo propensius Apostolica sollicitudinis studium adhibemus.* Nam salutem
Repub. tueri nulli magis convenit quam Principi, inquit Paulus I. C. *Inam salutem*
ff. de officio præs. l. i. vigilum. Ideoque Summis Ecclesie Pontificibus semper fuisse
curæ quæ etiam & pacem Ecclesie, eamque vigere non posse nisi discordiarum fo-
menta extinguantur, supra in novo glassemate ostensum est, constantinoque Impe-
ratori nihil fuisse antiquius, quàm dissidiorum fomenta tam inter suos subditos,
quàm Ecclesiasticos componere, eleganter describit Nicephorus *Histor. Eccles.*
lib. 8. cap. 16.

(12) *Quo dissensionem talium fore dissensiosam.* Proximus enim gradus ad mu-
tationem & everisionem rerum publicarum est discordia subditorum tam inter se,
quam Prælatos dissentio. Erenim discordia dicitur à diversitate cordium, *glo. Clem. 1.*
de jur. jur. Eaque causa solet esse primarum calamitatum humani generis, *Bald. l. 1.*
col. 1. C. de ser. fug. & in l. 1. C. de ca. tollendis. Uti multis exemplis ostenditur in thesauro
politicorum aphorismorum Joannis à Chokier fratris mei *lib. 6. cap. 1. vers. producantur*
in primis. Sed & damnosissima sunt dissidia privata quæ ex litibus forensibusque
contentionibus eruntur, uti latè prosequitur Gonzales de alternativa mensum
§. 7. num. 11. & seqq. Et Nevisanus in *Sylvano nuptiali lib. 6. num. 8.* Contentiones enim
illæ Forenses Analogiam habent & similitudinem cum armorum concertationibus.
Gall. lib. 1. obs. 73. num. 4. Teste Ovidio ad Pisonem:

*Nec eum si bella quierunt,
Occidit & virtus, furat exercere torata.
Munera militie jurvat & sine sanguinis haustu,
Dulcia legimus sub iudice bella movere.*

Tam litis quàm martis eventus perquam dubius est, *l. eo tempore l. quod debetur ff. de 19*
peculo. Teste etiam Virgil.

*Ecquis erit certaminis arbiter huius,
Ecquis erit sub quo victoria iudice certet,
Eolus advenit iudex de litis furvus.*

Rectè respondit Eolum futurum iudicem, quem Poetæ finxerunt regem esse
ventorum, quorum flatu & restatu incertius nihil esse potest. Præterea Ovidius
lib. 1. de Arte.

*Mars dubius dubioaque lis victique resurgunt
Quisque neq. unquam posse jacere jacent,*

B 2

Discordie

Discordia & bella depopulantur agros. Virg. Eclog.
Impius hac tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia civis
Perduxit miseros, En quis consecimus agris.

At lites & discordia forenses patrimonium exigunt. *Naosianus d. loco. id quod eleganter ostendit Martialis sequenti disticho ad flaccum:*

*Litigat & podagra diodorus Flacce laborat
Sed nil patrono tribuit hac chiragra est.*

Bella ut & diuturna sunt teste Ovid. lib. 3. *Metab.*
Pendet adhuc belli fortuna disique

Inter utrimque volat dubius victoria pennis.

Ita & discordia forenses uti exprimit Martialis.

*Lis te bis decima numerantem frigora Bruma
Conterit una tribus. Gargiliane, foris.*

*Ab miser, & amens viginti litigat annis
Quisquam? cui vinci Gargiliane licet?*

Tam bellorum quam litium causa.
*Jus & fura negant homines & numina fallunt
Nec Jovis imperium nec phlegetontia timent.*

Itaque cum ut inquit Aufonius
Vexat amicitias & foedera diffocet lis.

Exulenti ab orbe Christiano discordia omnes, quae non nisi à pacis æmulo, Satore

Zizaniam producantur. *tex. extravag. super Cathedram S. olim de sepulturis.* Pax præ-

stantissima rerum quas homini natura dedit. inquit quidam. Et nunquam nisi in pa-

cis tempore bene colitur Deus pacis autor. *tex. extravag. super Cathedram.* Pro-

inde pax semper redimenda, considerandumque plerisque caduceam quod aium

victoriam reportare. Quod & Martialis indicat ad Sextum.

*Et Index peti & peti Patronis:
Solvat censo Sexte creditori.*

2 Si quis autem quaerat, qui fiat ut tot publice privatimque pullulent in Ecclesia

Dei dissidia & contentiones? in promptu ex supra laudato Nicephoro. *Ecclesi-*

hist. lib. 7. cap. 7. causa sunt. Res secunda & temporum nimia felicitas, un-

de velut ex ovo hæc & infinita alia mala generantur. Qua de re nonnihil infra

Scholio 130.

21 (12) Experimento comprobatum. Experientiam rerum esse magistratam vulgo

ferrè assoler, *cap. quam sit de elect. in 6.* Hinc est quod Justinianus Imperator in legibus

condendis passim profiteatur se rerum experientia præpollere, uti malis jurant

textibus ostendit Bartholomæus Læpela *tract. de Imperat. militum deligendo* §. Scientia quoque res militaris num. 6. & 7. *Vol. Oce. 12.* Multa quoque experientia laudes in virtutem veluti falcem collegit Joannes Nevitanus in *syva Nuptialis* libr. 3. num. 7. Ut rectè Cicero libr. 1. de orat. Dixerit; usum omnium magistrorum præcepta superare.

Solus & artifices qui faciunt usum adeft: inquit Ovidius. (14) *Necnon indulta pariter & privilegia.* In constitutionibus Pontificum nihil debet esse frostraneum, *glo. cap. soluta verb. tanquam de major. & obed. Staphil. de latere gratia Tu. de vi & potest. clausularum* §. Et postremo num. fin. Adiecit itaque Pontifex copulam inter indulta & privilegia, quia copula Et, conjungit diversa, præcedentique dispositioni solet aliquid novi adicere *Lea tamen adjectio ff. de leg. 3. Præsi Everardi in locis legal. loco à natura copula.* Porro indulta & privilegia licet plerumque sint Synonima & significationis promiscuæ, *Anastafius Germonius de indultis* §. nec non num. 14. Quippè quod privilegia sint quasi privatae leges, privatis personis concessæ, uti alias ostendi *lib. 1. quæst. 1. de Jurisdic. ord. in Exempt.* & indulta etiam indulgentiæ aut concessiones privatae, *cap. fin. ut lre pend. ubi gloss. verb. indultum, cap. dudum de privileg. cap. ex ore eod. in Rom. conf. 436. incip. quo ad indultum,* differunt tamen quamplurimum, & quidem signanter in eo quod privilegia juri communi derogent, sintque ideo juris odiosi, at verò indulta sunt remotiones obstaculorum juri communi obstantium, per quæ quia ad jus commune indultis mediantibus fit reversio, juris non sunt odiosi, sed favorabilis. *Hieronymus Gonfales de mensibus & alterativa Episcoporum* glo. 30. nu. 2. & seqq. Proinde Pontifex hanc suam constitutionem ita extendit, ut tam indulta quæ juris sunt favorabilis, quam privilegia quæ juris sunt odiosi comprehendat. De indultis plura qui volet, videat Anastafium Germonium qui tractatum de indultis copiosum & doctum scripsit.

(15) *Eisdem subditis in ipsorum Prælatorum dispendium.* Verè ejusmodi Exemptiones non modo in Prælatorum dispendium, sed etiam in Ecclesiæ Christianæ perniciem convertæ sunt. Laxat enim habenas spes impunitatis ad omnem libertatem vitæ laxioris. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform.* Et ideo restringendas esse ostendimus, latè *Exemptionum* lib. 1. quæst. 4. Imò verò expedire & è re reipublicæ Christianæ fore si tollerentur, uti multis tam juribus quam sanctorum Patrum rationibus & auctoritatibus comprobatur & concludit Guilielmus Durandus classicus & Antiquus Autor, *de modo concilii* part. 1. rubr. 4. per tot. ac etiam D. Bernardus. *De consider. ad Eugenium.*

(16) *Tam per prædecessores nostros.* Prædecessor legem aut constitutionem non potest facere talem & tam firmam quæ à successore revocari non possit. *cap. fin. de rescript. in 6. & latè ostendimus in libro Exemptionum* part. 4. quæst. 2.

- 25 (17) *Quam Sedem Apostolicam.* Distinguit Pontifex significationem Sedis Apostolicæ à significatione Romani Pontificis, de quo in præcedente glossæ & quidem recte. Quia appellatione Sedis Apostolicæ comprehenditur legatus à latere, Romani verò Pontificis significatio strictior est *glo. Clem. 2. verbo. Sedes Apostolica de relig. domib. Marianus Socinus de oblationibus imagini factis libello 19. num. 3. Oe. vol. 15. fol. 332.* & ideo hac constitutione revocantur non tantum antiquæ Pontificum constitutiones huic extravaganti: repugnantes, sed & quicquid contra fuit à Cardinalibus legatis à latere constitutum. Porro magna est energia voci hujus Sedes Apostolica, Etiam Sedes Apostolica nunquam moritur, *cap. si gratiose de rescript. in 6.* & ideo gratia alicui facta à Sede Apostolica, nunquam dicitur mortua, *cap. si gratiose de rescript. in 6.* Sed est perpetua ut & appellatio ad S. Sedem interposita, *Rota de eis. 364. in antiquis.* Multiplex autem est ejus significatio.
- 26 Aliquando Sedes dicitur tronus, *cap. ex ore de privilegiis.* Quandoque cathedra *cap. post translationem de renunt. quandoque tribunal. cap. fin. de offic. ord. in 6. aliquando Scallus cap. peto de renunt. quandoque dignitas. Auth. ut iudices sine quoque suffrag. §. sic igitur. quandoque sumitur pro potestate judicandi, cap. 11. Romanorum dist. 19.*
- 27 Non autem tantum Papa dicitur Sedem habere, sed & Imperator, Judices, Doctores, *Joannes Francisci de offic. & potest. capituli Sede vacante. pre. l. 6.* Præterea Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi dicuntur habere Sedem uti distinctis iuribus probat D. Joannes Francisci, *num. 9. & seqq. d. pre. l. 6.* Insuper Abbates & Priores tam Religiosorum quam Religiosarum dicuntur etiam habere Sedem, *cap. si ad solum de Regul. in 6.* Idem est, quod Pontifex hoc in loco non simpliciter utitur voce (Sedis) sed ei adicit nomen adjectivum APOSTOLICÆ, Per antonomasiam tamen sanctæ Sedis appellatio Romanum comprehendit; improprie verò comprehenduntur Sedes inferiorum signanter Laicorum, unde versus denuans differentiam.

Rex solum, Doctor Cathedram, indexque tribunal Possidet; at Sedem præsul pretorque curule.
glo. Clem. dudum verb. Cathedra de sepulchris.

- (18) *Ita libenter moderamur.* Pontifex non intendit totaliter hac constitutione Exemptiones abrogare, sed aliquibus tantum derogare, verbum enim MODERARI apud Jurisconsultos diminutionem quandam tantam designat. *Abb. cap. fin. ubi gloss. verb. Moderantes de verb. signif.* Apud Latinæ verò linguæ sectatores MODERARI est cum modo & ratione regere, vel rem tractare, ut apud Suetonium in Augusto. Nec successum victoriae moderatus est, id est cum modo eum non rexit & usus non est. Sic apud Plautum *In proemi.* Ratio per juber

jubet, ne quid nimis sed omnia cum moderamine fiant & Cic. de Senect. Novienim moderationem animi tui & æquitatem. *Menochius de arbitr. jud. lib. 1. quest. 8. num. 54.*

Multa autem sunt quæ Pontificem ad moderationem harum Exemptionum induxerunt. Primum Generalis ordinatio universalis Ecclesiæ procedens à Deo, Apostolis, Sanctis Patribus & generalibus Conciliis. Quæ Ecclesiæ, & illius res ac persone immediate subjunctæ sunt locorum ordinariis. *Guilielmus Durandus de modo Concilii generalis part. 1. Rubr. 4. num. 17. Vol. Oca 2. fol. 90.* id enim expolit Hierarchia Ecclesiæ militantis secundum quam inferiores ab immediate superioribus gradatim reguntur atque gubernantur, *Durandus ubi supra num. 19.* itaque cum Episcopi vices gerunt Apostolorum, sicut & Pontifex summus vices Petri. *Durandus d. loco num. 23. & 29. cap. Ecclesiasticarum dist. 11. cap. si quis Episcoporum 16. quest. 5.* Rationi fuit consonum, ut pontifex iis se conformaret, quæ Apostoli & Sancti Patres rationi consona putaverunt. *Durandus d. loco num. 44.* Subditos immediate Episcopis subiceret, qui eorum potestatem Apostolicam repræsentarent. Signanter etiam inspectis quatuor Conciliis Ecclesiæ Niceno, Constantinopolitano, Ephesi. & Calcedonensi. quatuor enim ea Concilia cujus sint momenti, tradit prædictus quem laudavi Autor. *Durand. d. loco num. 44. & eod. tract. Rubr. 3. num. 9.*

Secundò, quia per Exemptiones impeditur correctio delictorum spectans ad Episcopos, *cap. irreparabilis de offic. ord. & cap. sentote 16. quest. 3. Durand. ubi supra num. 58.*

Tertiò, Diæcesinus medicus est, Ecclesiæ ei commissæ ad quem spectat abscondere membra quæ fomentorum non sentiunt medicinam, *cap. quia aliquam dist. 82. cap. in Canonibus 16. quest. 1.* Porro hæc correctio & disciplina quæ vitiorum est ultrix, Exemptionum privilegiis non mediocriter impeditur, uti tradit D. Augustinus contra Pelagianum 23. quest. 5. cap. ad fidem, *Durand. ubi supra num. 61.*

Quartò, quia Exemptiones præstant impunitatem delictorum, cum enim Exempti remoti sint à Papa cui subsunt, tanta locorum distantia cum spe impunitatis præbet incentivum delinquendi de quo infra *Scolio 35. Durand. d. loco num. 54. cap. ut fama de sent. excom. cap. injusta 24. quest. 4. tex. cap. est. injusta 23. quest. 4. in fin. Concil. Trid. sess. 24. cap. 11. de Refor. vide supra schol. 15.*

Quintò, quia Exemptiones derogant juri ordinariorum, uti latè dictum est *tractat. de Exemptionibus lib. 1. quest. 3.* hæc autem moderatio reversio fit ad jus commune & quest. 3. Cui, prout nec juri ordinariorum Papa qua nimium fieri potest præjudicare velle præsumitur, *cap. licet de offic. deleg.*

Sextò, Exemptiones tollunt magna ex parte bona opera, *cap. fratrum dist. 86. cap. existimant 9. quest. 3.* Subjectio autem ea redintegrat, cum contrariorum con-

traria

traria sit ratio. *Præses loco à contrariis, Durandus ubi supra numer. 68.*
 Septimò, Pontifex animadvertit ejusmodi Exemptiones damnosas & Ecclesie
 præjudiciales, *Durand. d. loco nu. 69. & seqq.* Privilegia autem quæ sunt damnosa re-
 vocari posse scripsimus alio in loco *de exemptionibus lib. 3. quæst. 29.* nihilque mirum,
 si pro varietate temporum statuta & privilegia immutentur, *Durandus ubi supra n. 16*
 Omnia enim sunt ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona libranda, atque per-
 pendenda, *sed notandum cum c. seqq. dist. 24.*

Octavò, Exemptiones inducunt ad arrogantiam uti latè ostendit Guilielmus
Durand. ubi supra num. 71. Cum enim sancta Sedes habeat eos pro eximis & sanctæ
 Sedis filiis prædilectis, uti alibi dictum est. *De Exempt. lib. 1. quæst. 1.* multa sibi arro-
 gant, quæ intentioni Pontificis qui eos eximit adveclantur. Quæmodum D. Ber-
 nardus ad Eugenium graviter conqueuntur, *Durand. d. nu. 71.*

Nonò, Exemptiones sunt causa multorum scandalorum, & ideo moderandæ
 per Pontificem, *late Durand. ubi supra num. 72. & seqq.* Quia universalis Ecclesie
 status, gradus, honor, virtus, potestas ex eis labefactatur. Insuper neque aliqua ex eis
 utilitas universali Ecclesie accedit, quin verò potius populò & sancti Religiosis
 efficiunt discordias, scissuras, schismata, mala scandala, onera, dispendia gene-
 rant & producant. Ut proinde Pontifex moderationem ad æquilibrium rationis
 hac sua constitutione inducendam, pro totius Ecclesie bono in animam suam in-
 duxerit. *Guilielm. Durandus late ubi supra num. 74. & 75.* Nam & D. Gregorio
 teste in Epistolis: Si sua unicuique Episcopo jurisdicção non servetur, quid aliud
 agitur, nisi ut per nos per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet, confundatur,
cap. pervenit 11. quæst. 1.

Ad extremum præterite non possum, quæ eleganter hac in materia Renatus
 Choppinus Gallie non infimi nominis Jurisconsultus scripsit reliquit in hæc
 verba. *De jure canobiorum lib. 1. tit. 2. num. 84. & seqq.* Equidem Petrus Capellanus.
 in Chronicum Damasi Papæ commentario edito quædam notavit mala incom-
 modaque Ecclesiasticarum Exemptionum. Ait enim beatorum sibi videri Mona-
 chum si reprehensore careat, cum nil sit infeliciter felicitate peccantium, qua
 poenalis nuteatur iniquitas, & mala voluntas vel interior hostis roboratur. Ex
 D. Augustini verbis de puero centurionis *can. paratus caus. 23. quæst. 1.* Subsimilia
 his intonat Carnutum præsul Uvo, adversus Latinianensem Abbatem & cano-
 nicas minus dicto audientes Parisien. Anostri innumbrata specie libertatis cujus-
 dam ac immunitatis, *Epist. 58.* Probabile est ab hac præcepti factorum sodalium
 Exemptione à Diocesano Magistratu dissolutæ concordiam Clericorum, reveren-
 tiam majoribus, dilectionem junioribus vicissim impendendam everti, Hierarchy
 necessarium ordinem perturbari: imò nec amicum esse Benedicti Abbat. vel
 ejus Regulæ, qui canobium leges solvat Episcopalis ordinis potestatis. *cap. 62.*

§ 64. ipsius Regula. Ex quo Cisterciensis Cœnobiaticha Normæ suæ studiosum
 ut delevratorem se proderet, hanc Monastici obsequii formulam porrexit Diœcesela-
 no sacrorum Pontifici; Tibi Domine Episcopo &c. cap. Ne DE I timorem de Symon.
 Atque adeo Cisterciensem in familiam relatus cum esset D. Bernardus, nil mirum si
 cœnobiticæ Exemptiones infectetur Lib. 3. De consideratione ad Eugenium 3.
 talia effatus, *Murmur loquor & querimoniam Ecclesiarum Truncari se clamant et
 demerari, vel nulla vel pauca admodum sunt qua plagam istam aut non doleant aut
 novimant.* Quæris quam? subtrahetur Abbatibus Episcopis, Episcopi Archiepiscopis,
 Archiepiscopi Patriarchis sive primatibus &c. Nolo præterea mibi fructum mancipa-
 tionis istius. Nullus est enim, nisi quod inde Episcopi insolentiores Monachi etiam dissolu-
 tiores sunt. Quid quod & pauperiores? Inspice diligentius talium ubique liberorum &
 facultates & vitas, si non pudenda admodum & tenuitas in his & in illis Secularium
 invenitur, Matris noxia libertatis gemina soboles hæc &c. si dicat Episcopus nolo esse sub
 Archiepiscopo: aut Abbas nolo obedire Episcopo hoc de celo non est, nisi forte tu Angelo-
 rum quempiam dicentem audisti. Nolo sub Archangelis esse; aut ex alio quolibet
 inferiorum ordinum aliquem non ferentem subesse cuiquam nisi DEO; hucusque Ber-
 nardus, qui rursum in Epist. 42. ad Senonensem Archiepiscopum. Miror inquit quos-
 dam in nostro ordine Monasteriorum Abbates hanc humilitatis regulam odiosa
 contentione infringere: & sub humili (quod pejus est) habitu & tonsura tam su-
 perbè sapere, ut cum ne unum quidem verbum de suis imperiis subditos præter-
 gredi patiantur, ipsi propriis obedire contemnant Episcopis. Spoliant Ecclesias
 ut emancipentur: redimunt se, ne obediant &c. Nonnulla tamen Bernardi ipsius
 elogio, cœnobita per varios Episcopatus municipatim Apostolico solio pure addicta
 sunt peculiari foundationis suæ lege. Aliud enim est, quod largitur devotio, aliud
 ratione Petrus venerabilis Ecclesiæ suæ Cluniacensis immunitatem mordicus tue-
 tur Epist. 28. libr. 3. ad Cistercienses, illam velut inobedientiam suis objectantes,
 Ab ipsi, inquit, fundatoribus, qui eam Ecclesiam in proprio alio construxerunt solo
 Rom. Pontif. subiecta fuit, non autem alteri Episcopo prius eam possidenti ablata.
 Cæteroque iusta videtur Petri Plesensis querela inofficiosa Exemptionis cœnobii
 Augustiniani in Britannia insula: quod antea cœnobium suberat Archiepiscopo
 Cantuariensi: ille enim Epist. 68. ad Alexandrum III. Papam. *Adversus prima-
 tes, ait, & Episcopos intumescent Abbates, nec est qui maioribus suis reverentiam
 exhibeat & honorem, evacuatum est obedientia jugum in qua erat unica spes salutis &
 prævaricationis antiqua remedium. Detestantur Abbates habere suorum excessuum
 correctionem, vagam impunitatis licentiam amplectuntur, claustralisque militie jugum
 relaxatur in omnem desiderii libertatem. Nisi huic malo maturius remedium adhibeatur,
 vrendum est, ne sicut Abbates ab Episcopis, ita Episcopi ab Archiepiscopis eximantur,*

Et quæ est hæc forma iustitiæ, aut potius juris deformitas prohibere, ne discipuli magistro consentiant, ne filii obediant patri, ne milites sequantur principem, ne servi domos sui subiecti? Quid est eximere ab Episcoporum jurisdictione Abbates, nisi contumaciam ac rebellionem præcipere? Et armare filios in parentes, videlicet quæsi ista et iudicent qui indicant orbem terra: ne inde videantur emanare iniurie unde iura sumuntur.

Eodem propemodum relabitur Philon. Hebræi nota sententia ex libro de creatione Principis, quapropter Francicus Senatus olim Ambianorum Præsulem eundem interdicto experientem in Corbienes canobitas: qui Romanæ Exemptionis obtentu sibi exterum accerserat familiaribusque suis Antistitem factos ordines impositurum Decreto Parisiensis ann. 1393, quod Joh. Gallus percensuit quæsi 306 iura cap. veniens de præscrip. cap. per Exemptionem, cap. Abbates de privi. apud Bonifacium VIII.

Haud tamen deest honesta quædam ac probabilis Monasticæ immunitatis causa, vocationisque fori Episcopalis ab degenerare & corrupto vitæ ita multorum Episcoporum. Quem Petrus Cluniacensis Abbas minimè dissimulans hæc idcirco subiungit (Epist. 28, lib. 3.) Olim in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis fuerunt Monachi sive Canonici Regulares in communi viventes, atque uno refectorio inique claustris contenti. E quibus assumptis Episcopi Monastica instituta callebant, & ita visitandis suis Diocesis Monasteriis Monachorumque excessibus ponderandis ac corrigendis, nec non quæ ad sanctæ observationis augmentum conducunt faciendis idonei esse poterant. Hodie vero cum sint fere omnes Seculares à Regulari vitæ prope alieni, quæ fronte Monasteria visitare ac de rebus quas nesciunt diffinire debeant non video, scilicet docebunt quod non didicerint: milites erant priusquam tyrones: magistri antequam discipuli. Reclamante sacro Canone ordinatos, distinct. 69. can. miserum distinct. 61. can. si Clericatus caus. 16. quæst. 1. Proinde B. Gregorius ad Brunehildem Francorum Augustam Epistola 5. Quæsi inquit. Magister erit, qui discipulus non fuit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico præbebit, qui disciplina Pastoris subditus antequam reos pro officio castigare plectereque voluerint. Nec abs te curia amplissima Religiosos homines criminis accessitos reiecit ad suum monasticæque familiæ præsidem, peculiarem Diocesano iudice posthabito: salva dumtaxat Regiæ nationis eximie scelerum animadversione penes civilem Magistratum Præclaro Aresto 10. Kalend. Martias ann. 1449. pro Frat. Reginaldo Borreo sacrorum Militum syndico Rhodi Insulæ Carpathii maris, & Frat. Antonio de Choucourt Rhodio equite malefici reo victo: cui proximè accedit, consultum alterum 7. Kalend. sextiles. ann. 1451, secundum Frat. Oliverium Blanchardum Cisterciensis Sodalitii Procuratorem.

forem, qui ad domesticum collegii sui iudicium remissionem postularat quæstio-
nis criminum Frat. Georgio Burgelio motæ, consona his curiæ consulta volvere
est nostro li. 2. Ecclesiast. Polit. Foren. quin & nuper Lugdunensi in consessu senato-
rio iudicatum est. 5 idus Septembris anni 1596. pro libertate immunitateque fori or-
dinarii. Quæ suffulti Averniæ Canonici Claremontani, Senatam ex abusu pro-
vocarant ad Archiepiscopo Bituricensi. Quippè quum ipsi Apostolico pure Impe-
rio subicerentur, ut alibi edocuiamus; imo ordinarii etiam Diocesium Præules
ipsi sua potestate manuque immiserunt cœnobis nonnulla: quorum Alumnis illu-
centem indies virtutem sanctitatemque vitæ admirabantur. Nam Audebertus
Parisiorum Antistes perpetua fori sui immunitate donavit Falcatese Monasterium:
quod D. B. bolenus Abbas pietate conspicuus moderabatur. Cujusmodi forensis
Exemptionis jus singulare probavit Clodoveus II. Rex VI. Idibus Maii an. 650. ex
communione quatuor Archiepiscoporum sententia ac septem Episcoporum, qui ad Galli-
cam Syaodum acciti convenerant. Inde & Carnutum Pontifex suo Follatensis
scripsit Walterio cœnobiarchæ de iura sua ac legitima Monachis dicendi juris
privilegia, in Epist. 104. Sic Landericus Parisien. Episcopus, lege solvit Dic-
celani Imperii sui Dionysianum Monasterium. instigante Principe Armoyni lib. 4.
de Gest. Francor. ca. 41. Petæque B. Nivardus Rhemorum Archiepiscopus Cœ-
nobio D. Basili irrogavit vocationem juridicæ potestatis Rhemenium Præsulum
Childeberto Galliarum Rege ut Floboardus Rhemorum Canonicus literis predi-
cit lib. 2. sacre Rhemen Historiæ cap. 7.

Et quidem hæc sunt, quæ Renatus Choppinus Juri consultus Andegavensis in
supremo Parisiorum Senatu Advocatus adfert in suo Monasticon, seu de iure cœ-
nobiolorum tractatu lib. 1. tit. 2. num. 22. & seq. fol. 4. quæ ego ob styli & dictionis ejus
elegantiam auctororumque quorum verba laudat & recenset pondus atque concinni-
tatem; conceptis verbis hunc in locum redigenda existimaui.

Pro coronide rationum hujus agminis arguere nonnulli solent à corpore huma-
no ad Ecclesiæ corpus Mysticum D. Bernardus de considerat. ad Eugenium. Gaspar de
Peruso de reservat. beneficiorum in princ. num. 6. Quemadmodum enim monstrum
esset humano capiti immediate conjungere remotiora vel inferiora humani corporis
membra, ut sunt manus & pedes, ita & mystici corporis mysticum monstrum vide-
tur inferiora Ecclesiæ membra, ut sunt simplices Clerici Sæculares Regularesve,
jungere mystico illius capiti: hoc est Pontifici per ereptionem eorum ab Episcoporum
quibus immediate subsunt jurisdictione & subjectionem immediatam summo Pon-
tifici qui Ecclesiæ Princeps est & caput. E contra autem stat pro Exemptionibus
Auctoritas & ratio.

Autoritas consistit in Romano Pontifice Christi Vicario Petri successore vicem
Dei gerente in terris, ca. quanto ubi gloss. eleg. de translat. Episcop. quem Christus
honoravit

honoravit nomine Cephas, id est, caput, Gaspar de perusio de reservat. beneficii princip. num. 5. Andreas de Val. Parisiensis Doctor de suprema Rom. Pontif. potestate. Cujus encomium atque potestatem D. Bernardus de Consideratione ad Eugenium hinc expressit vertueulis.

TU PRINCEPS EPISCOPORUM,
HERES APOSTOLORUM,
PRIMATU ABEL,
GUBERNATU NOE,
PATRIARCHATU ABRAHAM,
ORDINE MELCHISEDECH.
DIGNITATE AARON,
AUTORITATE MOYSES,
JUDICATU SAMUEL,
POTESTATE PETRUS,
UNCTIONE CHRISTUS.

Auctoritati Pontificiæ, de qua orthodoxi non dubitant, quandoque accessit Regia atque Sæcularis, quæ in foundationibus Ecclesiarum à S. Sede confirmatis legem Exemptionis ab ordinario adiecit, uti de fundatione ordinum Cluniacensis, Cisterciensis, Carthusiensis scribit Petrus Blesensis in suis Epistolis. Sed & accessit quandoque consensus quamvis non necessarius ordinariorum, qui vel liberè in aliquas Exemptiones consenserunt, vel cum onere & compensatione alicujus census, uti alio in tractatu ostendi, lib. 1. quest. 1. in fin. & quest. 3. At vero eas rationesque harum Exemptionum sunt multiplices.

33 Prima, favor S. Sedis, cujus interest habere multos sibi immediate subiectos d. libr. à quest. 1. in fine.

Secunda, Quies & tranquillitas Exemptorum, qui jugo & multimoda ordinariorum oppressione, Clem. frequens de excessib. Prælat. ubi Card. num. 1. cap. unico de Sindico & tor. iii. Decretalium & texti de excessib. Prælat. erepti liberius diviniisque vacant rerum divinarum servitio atque contemplationi, c. limosa 18. quest. 2. In pace enim atque quiete alacrius colitur pacis & quietis autor. Extravag. super Cathedraliam §. scimus de sepulchris.

Tertia, præsumptum ordium ordinariorum ob quod Isostienus jocando, inquit licet Episcopus dicatur sponsus, Ecclesia verò sponsa, periculum tamen non esse, ne se mutuo amore spolient. Proindeque sicuti pater certis ex causis cogitur ad emancipationem sui filii, gloss. §. ult. in fin. Quibus modis patria potest solvi gloss. cap. consuetudinis verb. emancipavit. De rest. in integ. l. fin. ff. de quos à parente fuerit manu missus. Item Dominus ad manumissionem sui servi, l. si Leones C. de Episcop. audient. Denique

superior ad liberandum subditum à sua superioritate, l. 2. C. de offic. pro conf. & leg. ita & sopra omnem hominum memoriam rationibus prædictis Divi Pontifices multos Ecclesie ordines à jurisdictione ordinaria exemerunt, eosque sibi primo Ecclesie capiti immediate subjecerunt, *Rebuffus Resp. 142.*

Quarta, ducitur ab analogia rei naturalis, sicuti enim oletibus at botibus que transplantatio prodest Virgilio teste in Georgicis.

*Nam quæ seminibus jactis se sustulit arbor,
Tarda venit seris factura neposibus umbram
Pomaque degenerant.*

Et caponium ungula à pede exempta capiti que ejus inserta magis excrevit D. Gregorio teste, & experientia, quæ rerum est magistra animadvertimus, cap. 1. de Magistrat. ita & Exempti inferiori ex agro mystico eradicati supremo que insiti agro, magis magisque in palestra spirituali radices agunt & virescunt, veluti sub multis divinis Pontificibus qui exemptiones concesserunt ex historiis videmus floruisse & etiam nunc florere in omni vitæ sanctimonia quamplurimos ordines de quibus ego alio in loco, lib. 1. quæst. 17. Non tamen quin in agro hoc mystico, *Clem. ne in agro, de stat. Monach.* Exemptionum prætextu loligo vitiorum non irrepat ut & in agro Virgiliano Georg. lib. 1.

*Mox & frumentis labor additur & mala culmos,
Effet rubigo segnisque horreret in arvis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera silva
Lappeque tribulique interque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.*

Juxta etiam Evangelicam parabolam. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania, *Matthæi cap. 13.* Sed è multis malis minus eligendum, *cap. duo dist. 13. l. quoties ff. de reg. jur.*

Denique de Exemptionum utilitate ordinariorumque gravamine multa congerunt Alvarus Pelagius, *De planctu Ecclesie lib. 2. cap. 20.* Fria. *Tract. de Visitatione part. 1. quæst. 10. num. 2. casu 54. 57.* Oldradus *conf. 125.* Emanuel Rodericus *Reg. quæst. 63. art. 2.* Clemens V. *Clem. 1. de excessib. Pralat.* quorum autoritate plerique censuerunt, Hieron. *Gonzales de Mensib. & alternat.* Episcopo *gloss. 4. num. 88.* Emanuel. *d. art. 2.* Exemptiones esse utiles & proinde eas (quod hic facit Pontifex) non omnino eradicandas, sed vitia errorumque tantum & abusus qui earundem Exemptionum occasionibus in mystico Ecclesie agro irrepunt, veluti loliginem mysticam laniandos atque eradicandos. Et in eandem sententiam quoque descendit Joannes Lomede Advocatus Parisiensis, *De Exemptione Canonica quæst. 5.* qui libello, typis hoc anno 1627. edito decem harum Exemptionum materiam quæstionibus velut in folle complexus est.

- 35 (19) Neve ulli detur materia malignandi. Hic denotat malitiam hominum esse obviandum *l. in fundo ff. de re vend. malitiam hominum nunquam est indagandum*
- 36 *l. 4. ff. de inoff. testa. nec permitendum, ut Exempti sua privilegia trahant ad iniquum compendium, l. fin. C. de usucap. pro tempore, quod tamen plerumque faciunt, uti prolixè ostendit Guilielmus Durandus tractatu de modo concilii generalis part. 1. rubr. 4.*
- 37 (20) Et persone Ecclesiastica à bono obedientia. Episcopo in subditos competit duplex lex, una jurisdictionis, alia Diocesana, uti scripti in tractatu Exemptionum *lib. 1. quest. 15. per tot.* Obedientia de qua hic est sermo, adscribitur legi jurisdictionis *cap. Conquerente de offic. ord.* Debetque obedientia habere novem conditiones, quas Card. de Turrecremata & Archid. explicant *in cap. sciendum 3. quest. 1.* Consistit autem obedientia potissimum in tribus: Primò in exhibitione reverentia. Secundò in mandatorum susceptione. Tertio in iudicio subeundo. *Henr. Bolleus tract. de Synodo Episcopi part. 3. n. 51.* Porro obedientia quæ consistit in reverentia, differt ab honorificentia, quia reverentia propriè est honor exhibitus sine verbis, honorificentia verò honor exhibitus verbis, *Sabarella c. de his de majoritate & obed. ubi etiam Abb. notab. 4.* Exempti debent Episcopo reverentiam, non vero honorificentiam *Bald. l. fin. C. de bon. libert. Rom. sing. 480. Henr. Bolleus ubi supr. nu. 53.* & ita intelligendum quod in tractatu Exemptionum scripti *lib. 4. quest. 34.* Ad hæc obedientia quæ in mandatorum susceptione consistit, propriè obedientia censenda est, *Abb. d. cap. de his de major. & obed. ut & ea, quæ in iudicii subitione versatur, debent itaque personæ non Exemptæ signanter vero Ecclesiasticæ obedientiam Canonicam subjectionem & reverentiam propriis eorum Episcopis, penes quos etiam stat institutio, destitutio, correctio, reformatio, causarum ad forum Ecclesiasticum spectantium iudicium, Ecclesiasticarum censurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio, potestasque hæc Pastoralis in tria membra potissimum contrahitur. Quædam enim ad Episcopum spectant jure ordinis, ut Clericorum ordinatio, virginum benedictio, altarium & Ecclesiæ consecratio. Quædam lege Diocesana, ut jus census & Cathedralicum, exigendi decimas, percipiendi, jus hospitalium indicendi. Quæ omnia Paulus Lancelottus *Instit. Canon. lib. 2. de immuni. Eccles.* exposuimus *lib. 1. quest. 15.* Denique de bono & virtute obedientia & quod ab ea pendeat nervus Ecclesiasticæ disciplina, latè ostendit tam ex jure quam sanctis Patribus Guilielmus Durandus *Speculator tract. de modo generalis Concilii celebrandi part. 1. rubr. 4. num. 48.* addens & concludens à *num. 15. usque 75.* per Exemptiones obedientiam tolli, crimina impunita manere, ordinemque universalis*

Ecclesiarum conturbati, quæ quidem omnia congruunt Concil. Trident. Sessione 24. cap. 11. de refer.

(21) Nec non divini perseverantia servitii nullatenus retrahantur. Exemptiones ortas & concessas esse, ut Exempti à jugo Ordinarii liberati quietius intentiusque divino vacare possint officio, à quo frequenter ordinariorum malevolentia retraherentur, ostensum est Exemptionum lib. 1. quæst. 1. Pontifex itaque cui quies & tranquillitas subditorum cura est, non plane tollere vult Exemptiones, ne subditi à divino servitio retrahantur. Sed quadamtenus tantum ut ordinariis qualis obedientia subditisque etiam libertas conservetur.

§. SECUNDUS.

SUMMARIVM.

- | | |
|---|---|
| 1. Pontifex sive dicitur, quod ab aliis audivit. | 10. Appellationes personarum an collegia comprehendantur. |
| 2. Patriarche qui dicantur. | 11. Collegia an habeant jurisdictiones in singulos de collegio. |
| 3. Apud gentes quadripartitus ordo flammum, ut est in hierarchia Ecclesia quatuor primates. | 12. Clerici sunt duplicis speciei. |
| 4. Patriarche an viscent. | 13. Clericorum appellatione Monachi non comprehenduntur. |
| 5. Patriarche an jurisdictionem habeant in subditos suorum suffraganeorum. | 14. Regulares subiacent punitioni suorum prelatorum. |
| 6. Quid nem Metropolitanus. | 15. Verbum presumpserit qualiter intelligatur. |
| 7. Quasi sit jurisdictio Metropolitanus in subditos sui suffraganei. | 16. Quatio debeat esse correctio. |
| 8. Cathedra ebronon. | 17. Spes venia incontinentium peccati. |
| 9. Collegiata Ecclesia qua dicitur. | 18. Delinquentes spe immunitatis an Exemptione gaudeant. |

(21) SANE, (22) nuper ad nostrum relatio fide digna pervenit auctum (23) quod Canonici Patriarchalium (24) Metropolitanarum (25) Cathedralium (26) & Collegiatarum Ecclesiarum (27) & alii Clerici Sæculares (28) plura præsumunt (29) quæ ipsis infamiam non parvam pariunt (30) & aliis inferunt laesionem (31) prætextu Exemptionis & libertatis à Sancta Sede obrentæ (32) Ordina-